

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Historiae ecclesiasticae saeculi ... XVI supplementum**

**Fecht, Johann**

**Francofurti et Spirae, 1684**

**VD17 VD17 3:315948Z**

CCXXXI.

[urn:nbn:de:bsz:31-122751](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-122751)

A. 1577.

PARS QUARTA

96

Collegen. Bittet auch Gott für mich/ dann ich bedarffs wol. Eben zu Pirsch/  
den 15. Septembr. 1577.

E. Dienstwilliger Bruder /

Jacobus Andreae, D.



CCXXXI.

S. D. Reverende & clarissime Domine Superin-  
tendens, Patrone colende.

CUM Francofordiam privatorum negotiorum causa venissem, studium & observantiam erga te meam brevi epistolio declarandam esse duxi. Memoriam enim Paternae erga me, meosque, benevolentiae & beneficentiae tuae grata mente ac voce perpetuo conservo & praedico. A Philippo filio diu jam nihil accipio, nisi quod eum Scholae Rectorem & novis amicis, contracto matrimonio, auctum esse intellexi. Quibus, ut ita se addicat, ne veterum Patronorum, Johannis Hoffmanni, liberi Baronis in Strechau, & Ammanii Secretarii, quorum fide & patrocinio primum illuc me commendante vocatus est, obliviscatur, aut eos minus officiose colat, toto pectore opto. L. Erasmo superiori hyeme scripsi per filium Pauli Neomagi, Regis Daniae literis vobis commendatum. Eas an acceperit, nondum cognovi. Schola nostra DEI beneficio jam mediocriter floret. Concordiae negotium in Electoris Saxoniae ditionibus feliciter successisse D. Jacobus scribit. Publice cense gratias DEO pro restituta concordia in ecclesiis passim egerunt. Quod utinam salutare & diuturnum sit. Tilemannus Heshusius ex Borussia dimissus, a Julio Duce Brunsvicensi amplo stipendio conductus est, ut in Academia Helmstadiensis doceat, in quam cum familia migravit. A Ludovico Palatino ante duos menses vocatus sum, cui respondi, me Francofordiae hoc tempore fore. Nihil autem hinc literarum ab ipso hactenus accepi. Itaque recta domum redire cogito, nisi ante discessum denuo evocet. DELIM oro, ut nos doceat & gubernet. Deliberationibus institutis libentius interfuturus essem, si te gubernatorem & Reg. Saxon. consiliorum habere possem. Bene vale. Francofurti, 15. Septembris Anno 1577.

David Chytraeus.

Bb bb

CCXXXII.